

rum natura: posset, n. Deus cœlum illud in aliū locum transferre, vel fm partes, mouendo, illud circulariter, quod nobis satis est, vel etiam fm se totum, transferendo illud, v.g. infra primum mobile: quis, n. audeat hæc negare diuinæ potestatis? Simile argm est, quia posset Deus annihilare cœlum supremum, conseruato proximo cœlo vbi nunc est: retineret ergo tunc eundē modum præsentie sine corpore circumscribente: ergo per se & intrinsecè non pender ab illo. Deniq; posset Deus mouere localiter corpus per vacuū, vt nunc suppono, quia nulla potest ostendi implicatio contradictionis: ergo tunc acquireret corpus modum præsentie sine superficie circumscribente: non est ergo inter hæc intrinseca & per se dependētia. Quod ergo naturaliter nūquam separatur in corporibus infra supremum cœli cōtētis, prouenit ex naturali ordine vniuersi, quod ita constitutum est, vt naturaliter non possit in eo dari vacuum: vnde fit vt nunquā aliquod corpus acquirat intrinsecam præsentia localem, quin simul terminetur extrinsecè aliqua superficie vltima corporis ambientis. Non quia intrinsecè talis præsentie, uel mutationis quæ illa acquiritur, hoc per se posset, sed quia semper vnum corpus est contiguum alteri ex ordine vniuersi abique vllō spatio vacuo interiecto.

Tertia assertio.

XIII. **D**ico tertio. Hic modus præsentie quæ intrinsecè conuenit corpori alicubi existenti, est normale seu abstractum prædicamentū Vbi, cuius subiectum est ipsum corpus quod tali modo afficitur: concretum autem erit totum compositum ex corpore & tali modo, quod non habet proprium nomen impositum, sed per aduerbia significari solet, cum dicitur corpus hic vel illic existere. Prima pars, conclusionis, ex qua ceteræ necessariò consequuntur, probatur primò, quia hic modus aliquod accidens est in corporibus, & non pertinet ad alia prædicamenta: ergo constituit hoc prædicamentum Vbi. Maior probatur, quia ille modus præsentie est distinctus ex natura rei à corpore cuius est modus, & in illo adest & abest per accidentalem mutationem: ergo est verum accidens corporis. Minor verò facile probari potest discurrendo per cetera prædicamenta accidentium. Secundò quia teste Aristotele s. Physicor, ad tria tm prædicamenta est per se motus, & vnum illorū est Vbi, ad quod tendit motus localis, sed motus localis per se primò tendit ad hūc modū præsentie corporis in spatio: ergo hic modus est qui formaliter constituit prædicamentum Vbi. Tertio à sufficienti partium enumeratione hæc assertio satis probatur, nam reſutatis alijs sententijs nihil aliud superesse videtur quod possit prædicamentum Vbi constitutere, sicut enim

XIII.

Secunda & tertia sententia iterum refutantur.
Et quidem de secunda & tertia opinione nihil fere superest addendum. Nam secunda satis improbat est: nihil n. reale & intrinsecum intelligi potest reſutare in corpore circumscripro ex circumscriptione alterius, per se loquendo, & ex vi illius, quod possit hūc rationē Vbi, vt satis fuisse demonstratum est. Neque illa insinua aliquid habet fundm, cui satisfacere necesse sit. Præterea contra tertiam insinua satis etiam demonstratum

A est, Vbi non posse esse rem aliquam verā, & realiter distinctam à corporibus, quæ sit spatium, in quo ipsa corpora recipiuntur, nam reale spatium, & realem dimensionem habens non est res distincta à corpore, quod nostro modo intelligendi replet spatium quod de se esset vacuum & nihil. Nec verò possunt nostre insinua obſtare ea quæ contra illam tertiam adduximus: scilicet, n. spatium hoc prout à corporibus condistinguitur, non esse aliquid creatū, quia non est aliquid reale, sed potius vacuitas quadam: non tm non obſtat, quominus corpus possit hūc reale modum existendi, & occupandi tale spatium, quia ille modus non consistit in aliqua relatione reali ad ipsum spatium, aut in vnione vel cōtractu, ratione cuius spatium dicitur recipere aut continere corpus ibi existens, nā hæc oia requirunt realitatem in altero extremo: Sed consistit ille modus solum in reali præsentia quādam ipsius corporis, ratione cuius fit vt vbi est præſens tale corpus, ibi sit spatium reale, cū sine illo nihil esset vnde ad hūc realem modū nō solum nō obſtat vt illud spatium de se non sit aliquid reale, verum potius illud necessarium.

B Addunt verò aliqui autores graues, hoc spatium, licet reale non sit, non tm esse quid fictum per operationē intellectus, sed aliquid verum, æternum, & immutabile, quia in eo vera intelligitur capacitas ad recipienda corpora & extensionē eorum. Sed d. facile est explicare, cum verum & ens cōuertantur, cur appelletur hoc spatium verum, potius q. reale quid. sc. si ens reale non est, quale ens esse potest nisi rationis, cū inter hæc non fit mediū: Itaq; quatenus hoc spatium apprehenditur per modū entis positum distincti à corporibus, mihi vt esse ens rationis, non tm gratis fictum opere intellectus sicut entia impossibilia, sed sumpto fundamento ex ipsis corporibus, quatenus sua extēſione apta sunt cōstituerē spacia realia, non solum quæ nūc sunt, sed in infinitū extra cœli, prout supra ē in disp. 3. dictū est, tractando de Dei immanentia. Vbi etiam notabimus, cū corpus dicitur esse in spatio imaginario, illud, sc. de in ſummedū esse intranſiuitū, quia non significat esse in alio, sed esse tibi, vbi secluso corpore nos cōcipim⁹ spatium vacuū, & idē hoc esse ibi reuera est modus realis corporis, etiam ipsum spatium vt vacuū vel imaginariū nihil sit.

C **Censura prima opinionis.** **S**ecunda primam verò opinionem aliquid est in quo nostra insinua contradigit, & in eo illam nō probamus: alia verò duo sunt, quæ nobis nō sunt contraria, & per se habent dubitationē. Primum illud est q. ratio prædicamentū Vbi consistat in sola intrinseca denominatione cuius oppositum satis, vt existimo, à nobis demonstratum est. Neq; contra hanc partem assertur ibi aliqua ratio. Nam illa generalis insinua, q. oia sex prædicamenta vltima sunt extrinsecæ denominationes, nō potest vniuerſaliter ſuſtineri, vt supra vixum est. Cū verò à S. Thom. vel alio autore graui⁹ dicitur per motum localem non acquiri aut perdi rem intrinsecam, sed extrinsecam, interpretandum non est de re distincta realiter à mobili, qualis in alre ratione & augmentatione acquiri solet, nā illam differentia intēdunt cōſtituere inter motū localem, & alios motus. Quæ ſumpeſerunt ex Arist. s. Physic. vbi inquit, quod mouetur, minime oīum motio.

XIII.
Folscia lib.
5. Metaph.
c. 9. q. 1. scilicet
1. Conimbricentii s.
Physic. cap.
10. q. 1. et 4.

XIV.

Per localem
motum vt
dicant gra-
ues vni-
hil deper-
diatur acqui-
sitio.
Arist.
S. Thom.